

Ye  
4965

# VITA POST VITAM

h. e.

MERITA ET HONORIFICA

# CONSULUM MEMORIA,

Qui

REIP. ZITTAVIENSI  
OLIM UTILES

NUNC

X 2044 192

REVIVISCERE VIDENTUR  
IN

# F I L I I S

DIGNITATE

CONSULARI, PRÆTORIA, SENATORIA,  
HODIE CONSPICUIS;

DESTINATA

GRATULATIONI SCHOLASTICÆ

ad

# NOVUM CONSULEM

&

# SCHOLARCHAM

d. XVI. Septembr. M DC LXXXII.

à

CHRISTIANO WEISIO GYM. RECT.



ZITTAVIÆ, Typis Michaelis Hartmanni.



102



**S**ingulare Pietatis exemplum in Adriano Imperatore miratur Spartianus. Cum enim adoptatus à Trajano moriente, Patris honorem & cultum huic Benefactori deberet; ac is interim inceptas à Parente victorias suâ Virtute consummasset, ut Senatus suffragio dignus judicaretur triumpho: recusavit ipse, ac imaginem Trajani Curru triumphali vexit, ut optimus Imperator, ne post mortem quidem triumphum amitteret dignitatem. Sanè Imperatoriam hanc laudem ut suam faciant Principes, non repugno. Interim quicumque ad aliquem Magistratus gradum sunt eVecti, latentem in istâ narratione Virtutem cur minus occupare vel imitari debeant, non video. Cum præsertim in Alma nostrâ ZITAVIA non unius tantum Personæ, sed multorum nunc elucescant merita, qui non sibi, non Posteris, quin potius celebratissimis olim Parentibus, Famam & Triumphum acquirunt. Etenim ex quo res mundanas deseruerunt, qui Consularem dignitatem superioribus annis gessisse vel sciuntur vel memorantur; non exigua Filiorum Pars, Paternis his Virtutibus provocata, variam in Ordine Senatorio dignitatem obtinuit, ac hodiernum satis feliciter defendit. Ipsi Triumphis & honore digni, vivere tamen videntur in eorum gloriam, quibus vitam & educationem debent. Quamobrem cum nupera CONSULARIS REGIMINIS Renovatio Consuetudine velut in Legem digressa, nostram quoque GYMNASII Congratulationem requirat; commodissimam huic Solennitati materiam fore credidimus, si quos Parentes Filii novis meritis faciunt immortales, nostra etiam Juventus, suis declamationibus ornatos,

natos, Posteritati sensim commendaret. Quod igitur singulis Patronis, Fautoribus & Amicis gratum fit, acceptum & probatum, Mensis hujus dies sextus & decimus placuit, cujus horas meridianas negotio tam sancto consecraret nostra sedulitas. Neque desperandum de honorifico Virorum præstantissimorum accessu, cum, si vel absit verborum elegantia, ipsa **CONSULUM** memoria ob solam historiæ svavitatem Audientis gratiam mereri queat. Rogamus tamen singulos, nolint, quod ubique deprædicatione dignum habetur, in umbratili Musarum habitaculo contemnere. Impræsentiarum placebit compendiosa brevitatis: olim, quod **DEUS** largiatur, respondere conabitur officiorum & servitiorum decens promptitudo. Cæterum ne nesciantur merces, quas exponimus, legatur

## ORDO EXERCITII.

**PROLOGI** vices suscipiet, Carmine usus Heroico

*Gottfried Gremser / Zitt.*

Inde

*JOHANNES CHRISTIANUS BUFIUS, Zitt.*

Verfâ ad Nobiliss. **JENTSCHIUM** Regentem nunc Consulem & Scholarcham Oratione partim gratulabitur, partim recolet memoriam Consulis **BURCHARDI**, cujus Proneptem habet in matrimonio.

Porro

*JOHANNES CHRISTIANUS WOLFF / Zitt.*

Laudabit **DN. ADAMUM GIRISIUM** olim Consulem, cujus nuper **FILIUS** à Consulari Regimine discescit.

Seqvetur

*JOHANNES CHRISTIANUS RODOCHSIUS, Zitt.*

Qui occupabitur in recordatione **DN. PHILIPPI STOLLII** quondam Consulis, cujus **FILIUM** hætenus agnovimus Prætorem Regentem. Per

FK ye 4965 Perget

*HENRICUS* Gottlob Winkler / *Zitt.*

Dicturus de DN. JOH. NESENO annis abhinc  
multis Consule, cum vivum ejus Filium habeamus  
Prætorem.

Succedet

*ANDREAS* Herffahrt / *Zitt.*

Suis laudibus deposcens DN. CHRISTIANUM  
ab Hartig / nuper adhuc Consulem, qui tamen  
discedens reliquit FILIUM brevi Prætorem Re-  
gentem.

Post hunc

*JOHANNES* Gottfried Paul / *Zitt.*

Sermonem deflectet ad DN. GOTFRIDUM KA-  
PSIUM Parentum memoriâ Consulem, qui nunc re-  
viviscit in FILIO Judiciorum Assessore & Protono-  
tario.

Tandem

*FEREMIAS* Paul / *Zitt.*

Justa exsolvet DN. CHRISTIANO JUSTO Ka-  
psiano in hac dignitate Successori, cujus itidem FI-  
LIUS hodie versatur inter Senatores Primarios.

Brevem EPILOGUM versibus Elegiacis conce-  
ptum subjunget

*JOHANNES* Friedrich Meuer / *Zitt.*

Ultimo singulis ex ORDINE SENATORIO  
nominatim bona verba balbutiente & puerili lingvâ  
conabitur acclamare

*JOHAN. ELIAS* Weise / *Weissenfelsa-Zitt.*

Faxit, DEUS ut optatis respondeat Eventus, ac  
in Gymnasium â tot Parentibus amatum derivetur  
constans Filiorum benignitas.



VOT

20

Ye  
4965

# VITA POST VITAM

h. e.

MERITA ET HONORIFICA

# CONSULIUM MEMORIAL

Qui  
REIP. ZITTA  
OLIM U

NUN  
REVIVISCERE  
IN

## F I L

DIGNI  
CONSULARI, PRÆTORI

HODIE COM  
DESTIN


GRATULATIONI

## NOVUM C

## SCHOLA

d. XVI. Septembr.

CHRISTIANO WE



ZITTAVIÆ, Typis Michaelis Hartmanni.



102